

transmiseramus Brexaninum domicellum nostrum cum duobus milibus et quadringentis florenis, ita quod fiet de presenti complementum usque ad septem milia florenorum, licet non fuerit facta requisitio nisi de sex milibus. Super his et aliis idem dominus Guilelmus nostre intentionis et voti plenius informatus maiestati vestre narrabit omnia diligenter, quem ut personas nostras proprias dignemini intendere et audire.

Datum Mantue, die Sabbati XVIII^o Ianuarii.

In verso von gleicher Hand:

Excelentissimo principi et domino suo domino Iohanni Dei gratia Boemie et Polonie illustri regi et civitatis Brix(ie) et districtus domino generali.

b) König Johann von Böhmen erteilt Loysius Gonzaga Quittung über 7000 Gulden.

Brescia 1331 Januar 19.

Original ebenda D V 2 (326). Zerbrochenes Reiter-siegel mit Sekretrücksiegel an Pressel.

Iohannes Dei gratia Boemie et Pollonie rex Lucemburgensisque comes et dominus Brixie universis presentes litteras inspecturis salutem.

Notum facimus nos habuisse et recepisse a nobili viro Loysio de Gonzaga civitatis Mantue et districtus domino^a generali, fidei et amico nostro carissimo, septem milia florenorum auri per plures partes et summas in pecunia numerata. De qua summa septem milium florenorum nos solutos tenemus integraliter et contentos. In cuius rei testimonium presentes litteras sigilli nostri appenditione munitas sibi duximus concedendas.

Datum Brixie, die XIX. Ianuarii, anno Domini millesimo CCC^oXXXI^o.

Auf der Plica links: 'G. de mandato domini'.

Offenbar ist der Sachverhalt also der, dass Loysius Gonzaga, nicht im mindesten zu einem Abfall von Ludwig neigend, zunächst König Johanns Pläne nicht durchschaute, sondern sich durch sein Auftreten — er spielte zu Anfang seiner Unternehmung nicht ohne Geschick den Vertreter der Interessen Ludwigs¹ — täuschen und zu

a) 'dno' von anderer Hand auf Rasur or.

1) Pöppelmann S. 260 f.